

traditionnelle conforme à l'idée que les lecteurs du roman rabelaisien se faisaient de son auteur.

Il y a, sans contredit, une grande exagération dans les traits dont cette image s'est formée. Est-elle complètement fautive, absolument mensongère ? Rabelais est aussi, après tout, un témoin à consulter sur lui-même, et ses dithyrambes en l'honneur du « benoit et désiré piot » ont un accent de sincérité auquel on ne saurait se méprendre. On dit communément aujourd'hui que Rabelais feignit l'ivresse et la bouffonnerie pour débiter la sagesse impunément. « Il imita, dit l'auteur des *Maximes du prisonnier de Saint-Hélène*, le premier Brutus, qui contrefit l'insensé pour échapper à la défiance des Tarquins ».

En allant trop loin dans cette voie, il faut craindre de s'égarer et de tomber dans la pure fantaisie. On ne forme pas un tel plan contre sa nature; on serait incapable de l'exécuter. C'est un abus, d'ailleurs, de supposer que des imaginations comme la « manière bien nouvelle de bâtir les murailles de Paris » ou « le tour que joua Panurge à la dame parisienne » fussent propres à faire passer des doctrines philosophiques et une sage morale. Le masque eût été plus compromettant que le visage.

Rien, probablement, n'est factice chez Rabelais, rien n'est simulé, ni sa sagesse ni sa folie. Il y a là une nature vraiment énigmatique, un tempérament étrange, un génie à part, à la fois exubérant et mesuré, bizarre et sensé, débordé et judicieux, avec des facultés prodigieuses, avec de remarquables élévations de pensée et des accès de gaieté intempérante que rien n'arrête.

La question est ici de savoir ce qui a pu exister de ce mélange et de ce contraste dans sa personne et dans sa vie. Ce qu'on sait de sa biographie authentique, on vient de le voir, donne un démenti à ce Rabelais de carême-prenant qu'on nous faisait autrefois. C'est toutefois se jeter dans un excès contraire que de le peindre comme un Caton. Tout en tenant pour controuvés la plupart des détails que la légende nous a transmis, il reste encore assez d'indications positives pour que l'on conserve à Rabelais quelques traits de sa physionomie traditionnelle. Il n'en faut pas faire un rieur triste, comme Molière; il a sans doute l'attitude magistrale, et, à mesure que les recherches sont plus actives à son sujet, le savant se montre avec plus d'éclat à nos yeux; mais le bon convive et le disciple d'Épicure ne disparaissent point tout à fait. Mettez toute son œuvre sous le pressoir, vous n'en exprimerez pas une goutte de mélancolie. L'homme en eût-il fourni davantage ? et cette idée paradoxale de traiter les malades par la gaieté ne prouve-t-elle pas surtout un fonds très riche de belle et joyale humeur chez le médecin ?

Nous n'entrons pas dans l'examen critique du livre. Il a fait l'objet d'innombrables travaux dont les plus remarquables sont certainement présents à la mémoire du lecteur. Il fournira sans cesse la matière de nouvelles études et de jugements nouveaux. Notre tâche consiste, avant tout, à offrir, dans notre texte et dans tout ce qui l'accompagne, les moyens d'appréciation les plus sûrs et les plus complets.

LOUIS MOLAND.

DOCUMENTS BIOGRAPHIQUES

SUPPLIQUE DE RABELAIS AU PAPE PAUL III

BEATISSIME PATER,

Cum alias postquam devotus Orator Franciscus Rabelais, presbyter Turonensis diocesis, tunc Ordinum Fratrum Minorum de Observantia professus, sibi, quod de Ordine Fratrum Minorum hujusmodi in quo ad sacros etiam presbyteratus ordines promotus extiterat, et in illis etiam in altaris ministerio sæpius ministraverat, ad Ordinem Sancti Benedicti in Ecclesia Maleacensi dicti Ordinis se libere transferre per felicis recordationis Clementem Papam VII, predecessorem vestram, Apostolica obtinuerat auctoritate concedi seu indulgeri; idem Orator ad dictum Ordinem S. Benedicti in eadem Ecclesia se juxta concessionem seu indultum prædictum transtulisset, et deinde secum ut unum vel plura, cum cura vel sine cura, dicti seu alterius tunc expressi Ordinis regularis, aut cum eo vel eis et sine illis unum curatum sæculare certò tunc expresso modo qualificatum, beneficia ecclesiastica, si sibi exinde canonice conferrentur, recipere et simul quoad viveret retinere libere et licite posset, eadem fuisset auctoritate dispensatum; dictus Orator absque licentia sui superioris a dicta Ecclesia discedens, regulari dimisso, et presbyteri secularis habitu assumpto, per sæculum diu vagatus fuit, eoque tempore durante Facultati medicinæ diligenter operam dedit, et in ea gradus ad hoc requisitos suscepit, publice professus est, et artem hujusmodi practicando pluries exercuit in suis ordinibus susceptis prædictis et in altaris ministerio ministrando, ac horas canonicas, et alia divina officia alias forsitan celebrando, quare apostasiæ maculam ac irregularitatis et infamiæ notam per tantum temporis ita vagabundus incurrit.

Verum, Pater Sancte, cum dictus Orator ad cor reversus de præmissis doluerit et doleat ab initio, cupiatque ad Ordinem S. Benedicti hujusmodi in aliquo monasterio, seu alio ejusdem Ordinis regulari loco, cum animi sui quiete redire; supplicat igitur humiliter supradictus Orator, quatenus secum, ut deinceps in monasterio, seu regulari loco prædictis, ad quod, seu quem se transferre contigerit, cum regulari habitu delitum Altissimo reddat perpetuo famulatum, more pii patris compatientes, ipsumque specialibus favoribus et gratiis prosequentes, eundem Oratorem ab excessibus et apostasiæ nota, seu macula hujusmodi, necnon excommunicationis et aliis ecclesiasticis sententiis, censuris et pœnis, quas præmissorum occasione quomodolibet incurrit, absolvere, secumque super irregularitate per eum propterea contracta, ut ea non obstante susceptis per eum ordinibus, ac dispensatione sibi concessa prædictorum, et in eisdem ordinibus et in altaris ministerio ministrare libere et licite valeat, dispensare, omnemque inhabilitatis et infamiæ maculam sive notam per eum dicta occasione contractam ab eo penitus abolere, ipsumque Oratorem in pristinum et eum in quo ante præmissa existerat statum restituere, et plenarie reintegrare, sibi que, quod de dicta Ecclesia Maleacensi ad aliquod monasterium, seu alium regularem locum ejusdem Ordinis S. Benedicti, ubi benevolos invenerit receptores, se libere et licite transferre, et interim post hujusmodi translationem ad dictam Ecclesiam Maleacensem, seu episcopum, capitulum, vel conventum, aut personas ejusdem in genere vel speciem minime teneri nec obligatum fore, ut nihilominus omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis et indultis, quibus fratres sive monachi dicti Ordinis S. Benedicti utuntur, potiuntur et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere, poterunt quomodolibet in futurum,

ut et postquam monasterium, seu regularem locum hujusmodi intraverit, uti, potiri, et gaudere, vocemque activam et passivam in eodem habere, et insuper artem medicinæ pietatis intuitu sine spe lucri vel quæstus hic et ubicunque locorum extiterit, practicare libere et licite valeat, superioris sui et cujusvis alterius licentia super hoc minime requisita, auctoritate superna concedere et indulgere, sicut in præmissis omnibus, etc., judicari debere, etc., decernere dignemini de gratia speciali, non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, etc.

BREF DU PAPE

*Dilecto filio Francisco Rabelais, monacho Ecclesiæ Maleacensis,
Ordinis S. Benedicti, Paulus PP. III*

Dilecte fili, salutem et Apostolicam benedictionem. Sedes Apostolica, et pia mater recurrentibus ad eam post excessum cum humilitate personarum statim libenter consulere ac illos gratioso favore prosequi consuevit, quos ad id alias propria virtutum merita multipliciter recommendant. Exponi siquidem nobis nuper fecisti quod alias postquam felicis recordationis Clemens Papa VII prædecessor noster tibi, ut de Ordine Fratrum Minorum, quem expresse professus, et in eo permanens ad omnes et sacros et presbyteratus ordines promotus fueras, ac in illis etiam in altaris ministerio sæpius ministraveras, ad Ecclesiam Maleacensem Ordinis S. Benedicti te transferre valeres, Apostolica auctoritate indulserat. Tuque indulti hujusmodi vigore ad Ecclesiam et Ordinem S. Benedicti prædictum te transtuleras, ac tecum unum, seu plura beneficia ecclesiastica certis tunc expressis modis qualificatis, si tibi alias canonicè conferentur, recipere et retinere valeres Apostolica auctoritate dispensari obtinueras. Tu absque tui superioris licentia ab ipsa Ecclesia Maleacensi discedens habitum regularem dimisisti, et habitu presbyteri sæcularis assumpto, per abrupta sæculi diu vagatus es, ac interim litteris in Facultate medicinæ diligenter operam dedisti, et in ea ad baccalaureatus, licentiativæ, et doctoratus gradus promotus, necnon artem medicinæ publicæ professus fuisti et exercuisti. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat, tu de præmissis ab intimis doleris et deoles de præsentibus, cupiasque ad ipsum Ordinem S. Benedicti et aliquod illius monasterium vel alium regularem locum, ubi benevolos inveneris receptores, te transferre, et inibi Altissimo perpetuo famulari, pro parte tua nobis fuit humiliter supplicatum, ut tibi de absolutiois debite beneficio, ac alias statui tuo in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes Sedes Apostolicæ clementiam petentibus gremium suæ pietatis claudere non consuevisse volentesque alias apud nos de religionis zelo, litterarum scientiæ, vite ac morum honestate, aliisque probitatis et virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu favore prosequi gratioso, hujusmodi tuis in hac parte supplicationibus incitati, te ab excommunicatione, et aliis sententiis, censuris et penis, quas propter præmissa quomodolibet incurristi, necnon apostasiæ reatu et excessibus hujusmodi auctoritate Apostolica tenore præsentium absolvimus, ac tecum super irregularitate per te propter ea, necnon quia sic ligatus missas et alia divina officia forsitan celebrasti, et alias illis te immiscuisti, contracta quoque, in singulis ordinibus prædictis, etiam in altaris ministerio hujusmodi ministrare, necnon dispensatione prædicta uti, et beneficia sub illis comprehensa juxta illius tenorem recipere et retinere, necnon de dicta Ecclesia Maleacensi ad aliquod monasterium, vel alium regularem locum ejusdem Ordinis S. Benedicti, ubi benevolos inveneris receptores, te transferre, necnon postquam translatus fueris, ut præfertur, omnibus et singulis privilegiis, prærogativis et indultis, quibus alii monachi ipsius Ordinis S. Benedicti utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, uti, potiri, et gaudere, inibique vocem activam et passivam habere, ac de licentia tui superioris et incisionem, pietatis intuitu ac sine spe lucri vel quæstus, in Romana Curia et ubicunque locorum artem hujusmodi medicinæ exercere libere et licite valeas, auctoritate Apostolica et tenore præsentium de speciali dono gratiæ dispensamus, omnemque inhabilitatis et infamiæ maculam, sive notam ex præmissis insurgentem penitus aboleamus teque in pristinum et eum statum, in quo ante præmissa quomodolibet eras, restituimus et plenarie reintegramus; decernentes te, postquam

ad aliquod monasterium, seu alium regularem locum translatus fueris, ut præfertur, eidem Ecclesiæ Maleacensi seu illius episcopo pro tempore existenti, aut dilectis filiis, capitulo, seu personis minimè teneri, aut obligatum fore, non obstantibus præmissis ac constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, nec non Ecclesiæ Maleacensis, et Ordinis S. Benedicti prædictorum jramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis et consuetudinibus cæterisque contrariis quibuscunque. Volumus autem quod penitentiam per confessorem idoneum, quem duxeris eligendum, tibi pro præmissis injungendam, adimplere omnino tenearis, alioquin presentes litteræ quoad absolutionem ipsam tibi nullatenus suffragentur.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die xvii jan. MDXXXVI, pontificatus nostri anno secundo.

AUTRE SUPPLIQUE

Franciscus Rabelæus, presbyter diocesis Turonensis, qui juvenis intravit Religionem et Ordinem Fratrum Minorum, et in eodem professionem fecit, et ordines minores et majores, et etiam presbyteratus recepit, et in eisdem celebravit multoties. Postea ex indulto Clementis P. VII et prædecessoris vestri immediati de dicto Ordine Fratrum Minorum transiit ad Ordinem S. Benedicti in Ecclesia cathedrali Maleacensi, in eoque per plures annos mansit. Postmodum sine Religionis habitu profectus est in Montem Pessulanum, ibidemque in Facultate medicinæ studuit, publice legit per plures annos, et gradus omnes etiam doctoratus ibidem in prædicta Facultate medicinæ suscepit, et praxim ibidem, et alibi in multis locis per annos multos exercuit. Tandem corde compunctus adiit limina S. Petri Romæ, et a Sanctitate Vestra, et a defuncto Clemente Papa VII veniam aditæ et irregularitatis impetravit, et licentiam adeundi ad præfectum Ordinis S. Benedicti, ubi benevolos invenisset receptores. Erat eo tempore in Romana Curia R. D. Joannis cardinalis de Bellayo, Parisiensis episcopus et abbas monasterii S. Mauri de Fossatis, ordinis prædicti diocesis Parisiensis; quem cum benevolum invenisset, rogavit ut ab eodem reciperetur in monasterium præfatum S. Mauri, quod factum est. Postea contigit ut dictum monasterium auctoritate vestra erigeretur in decanatum, fierentque monachi illius monasterii canonici. Hic factus est cum illis canonicis prædicti Orator Franciscus Rabelæus. Verum præfatus Orator angitur scrupulo conscientiæ propter id quod tempore quo data est a Sanctitate Vestra Bulla erectionis, prædictus ipse nondum receptus fuerat in monachum præfati monasterii S. Mauri; licet jam receptus esset tempore executionis et fulminationis ejusdem, et procuratorio nomine consensisset, tam his quæ circa prædictam erectionem facta fuerant, quam his quæ postmodum fierent, cum tunc in Romana Curia esset in comitatu præfati R. D. Cardinalis de Bellayo.

Supplicat, ut per Indultum S. V. tutus sit tan in foro conscientiæ, quam in foro contradictorio et aliis quibuslibet, de præfatis, perinde ac si receptus fuisset in dictum monasterium S. Mauri, quam primum antequam obtenta fuit Bulla erectionis ejusdem in decanatum, et cum absolutione; et quod ei valeant et prosint indulta quæcumque antea obtinuit a Sede Apostolica, perinde ac si, etc., et quod eidem valeant medicinæ gradus et doctoratus, possitque praxim medicinæ ubique exercere, perinde ac si de licentia Sedes Apostolica eodem suscepisset; et quod beneficia quæ tenet et tenuit, censeatur obtinuisse et obtinere, possidere et possedisse canonicè et legitime perinde ac si de licentia ejusdem Sedes Apostolicæ ea obtinisset.

COLLATION DE LA CURE DE MEUDON A FR. RABELAIS

Die decima octava januarii anno 1550, collatio parochialis ecclesiæ Sancti Martini de Meudone, Parisiensis diocesis, ad collationem Parisiensis episcopi pleno jure existentis, vacantis per puram, liberam et simplicem resignationem magistri Richardi Berthe, illius ecclesiæ ultimi rectoris, seu curati, et possessoris pacifici, hodie in manibus R. Patris DD. Joannis Ursini,

Trevirensis episcopi, vicarii generalis illustrissimi domini cardinalis Bellaij, Parisiensis episcopi, per magistrum Joannem Halon, clericum, ejus procuratorem, factam, et per dictum dominum admissam, facta est pleno jure, per dictum dominum vicarium, magistro Francisco Rabeleio, presbytero doctore medico, Turonensis diocesis, presentibus magistris Benedicto Blyere, presbytero, vicario ecclesie parochialis Sancti Landerici Parisiensis, et Renato Duhaubois, canonico in claustris Sancti Benedicti Parisiensis commorante, Belvacensis et Parisiensis respective diocesis testibus.

RÉSIGNATION DE LA CURE DE SAINT CHRISTOPHE DE JAMBET

Die nona januarii anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, magister Remigius Doucin, clericus Cenomanensis diocesis, procurator et nomine procuratorio magistri Francisci Rabelays, parochialis ecclesie Sancti Christophori de Jambet, Cenomanensis diocesis, ad collationem domini Cenomanensis episcopi pleno jure existentis, resignavit, cessit et dimisit, pure, libere et simpliciter hujusmodi parochialem ecclesiam Sancti Christophori, cum suis juribus et pertinentiis universis, in manibus domini Joannis Moreau, ecclesie Parisiensis canonici, vicarii generalis reverendissimi domini cardinalis Bellaij, Cenomanensis episcopi, Quam quidem resignationem idem dominus vicarius admisit et admittere se dixit, contulitque pleno jure hujusmodi parochialem ecclesiam Sancti Christophori, ut prefertur, sive etiam aliquo modo, seu quavis causa, seu persona vacet, magistro Claudio de Bise, clerico Andegavensis diocesis, presentibus nobili et egregio viro magistro Eustachio de la Porte, consiliario regio in curia Parlamenti Parisiensis, et magistro Dionysio Gaillart, presbytero, reverendissimi domini cardinalis de Meudone elemosynario, Aurelianensis diocesis, testibus.

RÉSIGNATION DE LA CURE DE MEUDON

Die 9^a januarii anno Dni 1552, Magr Remigius Doulsin, clericus Carnotensis diocesis, procurator et nomine procuratorio Magr Francisci Rabelays, clerici diocesis Turonensis, rectoris seu curati Ecclesie parochialis S^u Martini de Meudone Parisiensis diocesis, resignavit, cessit, et dimisit pure, libere, et simpliciter, hujusmodi parochialem Ecclesiam cum suis juribus et pertinentiis universis in manibus Dⁿⁱ Joannis Moreau, Ecclesie Parisiensis canonici, vicarii generalis R^{mi} Dⁿⁱ cardinalis Bellaij nuper Parisiensis episcopi, cui collatio et dispositio beneficiorum ecclesiasticorum episcopatus Parisiensis auctoritate Apostolica reservata extitit, Quam quidem resignationem sic factam idem D^{ns} vicarius admisit, et admittere se dixit, contulitque hujusmodi parochialem Ecclesiam, ut prefertur, vacantem Egidio Duserre, clerico Belvacensis diocesis, presentibus nobili et circumspeto viro Magro Eustachio de la Porte, in curia Parlamenti Parisiensis consiliario, et Magro Dionysio Gaillart presbytero, R^{mi} Dⁿⁱ cardinalis de Meudone elemosynario, Aurelianensis diocesis, testibus.

(Extrait des registres au secrétariat de l'Archevêché de Paris.)

CLEF

DES ALLÉGORIES DU ROMAN DE RABELAIS

Donnée au XVII^e siècle¹

<i>Alliances</i> (ile des).	La Picardie.
<i>Amaurotes</i> .	Les habitants de Metz.
<i>Andouilles</i> (ile des).	La Touraine.
<i>Antioche</i> .	Rome.
<i>Apedestes</i> .	Les gens de la Chambre des comptes.
<i>Chats fourrés</i> .	La Tournelle crinancie.
<i>Chesil</i> (concile de).	Le concile de Trente.
<i>Dipsodes</i> .	Les Lorrains.
<i>Entommeures</i> (Jean des).	Le cardinal de Lorraine.
<i>Fredon</i> .	Les jésuites.
<i>Gargamelle</i> .	Marie d'Angleterre.
<i>Gargantua</i> .	François I ^{er} .
<i>Gaster</i> .	Le ventre.
<i>Gourmandeurs</i> .	Les chevaliers de Malte.
<i>Grandgousier</i> .	Louis XII.
<i>Her Trippa</i> .	Henri Corneille Agrippa.
<i>Hippotadée</i> .	Le confesseur de François I ^{er} .
<i>Jument de Gargantua</i> .	La duchesse d'Étampes.
<i>Lanternois</i> (assemblée des).	Le concile de Trente.
<i>Lanterne de la Rochelle</i> .	L'évêque de Maillezais.
<i>Lerné</i> .	La Bresse.
<i>Les Géans</i> .	L'Artois.
<i>Lichnobiens</i> .	Les libraires.
<i>Limousin</i> (écolier).	Hélisenne de Crenne.
<i>Loupparou</i> .	Amiens.
<i>Macreons</i> .	Les Anglais.

1. Cette clef ne mérite pas d'être prise au sérieux. Elle peut cependant donner une idée des interprétations arbitraires dont le Roman de Rabelais a été l'objet, et nous n'avons pas jugé inutile de la reproduire.